



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Forum quoque esse in eloquentiæ sacræ omnium augustißimum. Capvt
XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

*Deo sapu-
mudis.
Iustinus
Martyr. in
Apologesi-
ss.*

tur: Antea cernebatur in sinu Virginis, nunc
cernitur inter manus sacerdotis: Antea niueo
lactis rore pascebatur, nunc purpureo pascit
sanguine: Antea corpus nostrum assumpsit,
nunc se in nostrum corpus infudit. Antea se
adiiecit ad humilitatem carnis, nunc se trans-
mittit in speciem exigui panis.

*Greg. Nyss.
in orat. de
Paschato.*

Quid, quod sub tam paruis inuolueris to-
tus est, quid quod in minima particula totus,
quid quod non illapso e celo, quod nun-
quam deserit, sed cum hostia modo prorsus
mirabili repente coniunctus existit, quid
quod ut diuinitas replet mundum, & tamen
vna est: Sic innumerabilibus locis consecra-
tur, & tamen vnum corpus est.

Quid quod licet frangantur, & imminu-
antur, species, Christus tamen non secus ac a-
damas e fracta crystallo profliens, non con-
fractus, non diuisus, semper illaesus est. Dein-
de haec non sunt plena miraculorum!

Quid dicam de ipsis Sacramenti copiosis
fructibus, qui in totam Christianorum vitam
ex eo fonte latissime diffunduntur? Deo ag-
glutinari! quid dulcius? Deo vesci! quid suaui-
us? Deo saginari! quid lautius? Deo sanguine
in venas admisso irrigari, liquecere perfun-
di! quid fecundius? hoc libidinis fomites pre-
foeantur, hoc sagitta Daemonis infringun-
tur, hoc aspersa medullis, & visceribus cupi-
dinum faces in tepefcunt, hoc castissima flam-
mae ardore reuiuiscunt, hoc omnis sanctita-
tis decor efflorescit.

*Origines
aduersus
Celsum
Gregor. de
gloria mar-
tyrum in
Polycarpo.*

*Αρτους ἐδιδόμεν σῶμα γενόμενος, ἄγιον
τι, καὶ ἁγίαρον αὐτοῦς μετὰ ὑποδὸς προδίδου-
σας αὐτῶ χρημένους.*

Quamobrem miror vos sapientes viri, qui
iam in ipsis Ecclesiae incunabulis Eucharisti-
am in turricula argentea solebatis asseuerare,
non minus subtiliter, quam religiosè, hanc
quippe significastis turrim esse forum, e qua
mille clypei penderent, quibus tota vis in-
ferorum, quasi fluctus ad scopulos allisus he-
besceret. Laudo te Remigi sanctissime, qui in
eo calice aureo, quem Rhemis, in vrbe tui no-
minis obseruantissima, tuis posteris reliqui-
sti, non minus dominici sanguinis receptacu-
lum, quam tuæ illius frugalitatis munificentiae
monumentum caelari iussisti literas non
tam opere, quam ingenio tuo deaurata-
tas.

*Haurias hinc populus vitam de sanguine Ja-
ere.*

*Vere enim haec vna est, cuius participes esse
non possunt, Qui verbo tenui, corde seci, & Cyprian-
mente aridi sacris intersunt, vel etiam somniu-ferm. deca-
nicam donu, lambunt quidem petram, sed in do na Domini
nec mel sugunt, nec oleum.*

*Forum quoque esse in eloquentia sacra om-
nium augustissimum.*

CAPVT XIV.

Sed tu nostra fortasse adhuc cogitas, & iu-
dicum subsellia, in quibus illam grauem,
& magnificam dominari putas eloquenti-
am. Concipe igitur animo si potes, tribunal
summi iudicis, & tremendam illius diei ma-
iestatem, caeli columnae magno fragore, fre-
mituque concussae cum ipso Angelorum hor-
rore, & metu contremiscent, quod stellae re-
pentino flammaram tractu decussae, vt fides
arborum decident, quo luna eruentabitur, quo
purissimae solis faces atra fuligine indu-
ent.

*In iudicio
extremo De-
i-
tremenda.*

Quale erit hoc forum, cum post tumult-
us, stragesque bellorum, post morbosam ac-
tis contagionem, pestilentiumque febrium at-
dotes in mortalium cor ora per baccharos,
post ferarum incurfiones, & carnificinas,
post luctuosam agrorum vastitatem, famem-
que rabiosam euectis pastam cadaueribus,
post terrae motus, post aquarum eluiones,
infinitasque plagas gentium, omnia con-
tinentia ardeant incendio, cum ipsae eter-
norum fluminum, & cae sic buntur, & quae
nunc caelo minantur operosissima ad scio-
rum molitiones, in crustata marmoribus au-
ro, & argento micantes inter minuti pulueris
quisquillas deflagrabit.

Cum arma, & trophaea, & Regum sce-
pta, & coronae, & tiarae, & diademata, & nu-
ga in p. bulum ignis cedent, & gemmae spu-
mantis freti detrimenta, quibus pretium ii-
bido fecit inter flammis his credo dapibus
latae, & alacres crepitabunt. Quale illud
spectaculum, cum caelestes tubae ingenti fre-
mitu personabunt, cum tota corpora, tot iam
saeculis casta, tot millia, quae pontus hausit,
ignis absorbit, ferrum consumpsit, fera-
rum dentes moluerunt, morbus attriuit,
mors ad summum interemit, tam repente

*In iudicio
quid erunt
bona fere-
na.*

pece

perextis ossium commissuris, carne vestita, & spiritu animata consurgent: Quale erit tribunal iudicantis, cuius superbissimos Reges cuncta terruerunt infantis, quot tunc ardentium curruum millia circumstant, quot famulabantur Angeli, quanto improborum terrore praefereatur illud signum, magnum Crucis signum, a consceleratis toties despectum, toties irrisum, toties conculcatum? Quis incensus, quae vox, quis vultus iudicis, quis paor mentium, quis pallor corporum, quae omnium trepidatio?

Tantum argumentorum in sacra eloquentia maiestatem melius à Christianis Oratoribus sustineri, qui liquidiores hauriunt spiritum de caelo.

CAPVT XVI.

Errè iam vt vides argumenti maiestate multis partibus Christiani vincunt oratores: reliquum est vt videamus, an cum ipsi in speciosam, & locupletem hereditatem venerint, eam sua ineitia neglectam, vastam, atque incultam reliquerint. Fortasse enim ijs carent adiumentis, quibus excitari magna triumphantis eloquentiae decora poterunt, fauore numinis, ingenio, liberalibus artium studijs, diligentia, exercitatione, praemijs denique amplissimis.

In eloquentia sacra Maiestas inuenitur argumentorum, sed à Christianis oratoribus.

Primum, si quod vestri etiam statuunt Oratores, virum bonum esse Oratorem oportet, nec illum quidem eloquentiae gloria fieri magnum, aut celebrem, sine aliquo assensu diuino: Cumque omnes constet animos, acerrima quadam agitatione, & veluti diuino spiritu, qui singulis vniuersi partibus intenditur, esse refferos: Quibus tandem magna mens illa plenius se affundit: an ijs, qui acceptas à Deo ingenij dotes ad rerum humanarum quilibet traducunt, & quasi hamis aureis vilissima piscantur animae cala? Num verò ijs potius, qui cum se in Dei aere, & peculio totos esse cognouissent, magno, & alacri animo se in societatis humanae commercium in Reipub. Christianae decus, & solatium, & in procuranda mortalium salute, pene in ipsorum Angelorum contubernium miserunt: Quod vt commodius facerent perique, non modo blandissimas illos voluptates, quibus oppressa lax mentis exinguitur, constantissime repudiarunt, sed ipsis etiam ordinarijs, quibus hic contineri videtur spiritus, & vita perfundi, pene nuntium remisere. Qui vero magis ingenio valent, quam qui deteris vitae labeculis se veluti limarius speculù, celestibus radijs obijciunt, vt pleniori luce colustrentur: Quam qui ab vxorij suis, & his negotiorum procellis remoti, toti sunt in rerum diuinarum contemplatione defixi, qui ab ipsa prope tumultuaria sensu consuetudine

Voluptatibus lux inextinguatur.

Yyy abiep.

Quinam cum Deo sine iudicio.

Inferni spina.

Quanta illa scena, quam gloriosus confensus factus est, cum illi hominum despiciatissimi, illi verberones, illi femasij toto terrarum orbe, iactati, vexati, infinitis supplicijs consumpti, radiatis fulgore capitibus sedebunt de Regibus iudicaturi! Quale, & quam inspiratum iudicium, cum ad illam fulminatricem sententiam tot barbarorum principum apices contriti, tot purpurae, tot fastus, tot amores terrarum vno agmine detruentur ad inferos, vt eo igne in aeternum ardeant, cuius hic noster pictura est, o ferales lectos prunis ardentibus constrictos! o funesta draconum cubilia! o inexcetabiles flammarum laqueos! o vermem conscientiae inexplabilem! o poenas immortales! o longam aeternitatem.

At quantum ex altera parte, & quam plenum magnificentiae theatrum, tot florentissimi Martyrum exercitus, tot Prophetarum oracula, tot grauissimorum sacerdotum coetus, tot chori Virginum, tot sidera, quibus empyrea caeli facies collustrabitur! quae triumphantium gloria, quis plausus exultantium, quis salutantium concursus, quae voluptates, quae deliciae, conuicta mortali aeternitatis tyrannide, & in aeterna a exinctis tot precaria, & male haereticis vitae laboribus, atque molestijs, Deo perfundi, de Deo impleri, de Deo viuere.

Hac si quis parua existimat, in quibus illa sumptuosa, & grauius anhelans desiderata eloquentia, videat sane an in Catulli passere, aut

Pitiaeo Melioris, aut musica Luciani, aut in minutulis negotiorum humanorum causis plus sit habiturus fecunditatis.